



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

IV. Die Herzogin Anna vereignet dem Bischofe Heinrich von Kiov einen Hof
in Königsmark zwecks einer frommen Stiftung, am 14. Febr. 1328.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

ipforum fidelitate dedimus et per presentes solemniter donamus proprietatem plenam et onnimodam super precaria tredecim mansorum tam in denarijs quam annona, qui quidem mansi siti sunt in Judicijs tribus scilicet Albrechtstorp, Nyendorp et supra Alant, quos suis colunt aratris et ad mediam precariam possidebant. Damus insuper ipsis in proprium donatione libera Inferiorem aquam, que dicitur Crughe cum omni Jure, fructu, commodo et libertate, sicut antecessores nostri talem aquam noscuntur preteritis temporibus possedisse. Renunciamus igitur dicte precarie et aque, nec non omni juri, quod nobis vel nostris successoribus ad ipsas posset competere, renunciacione debita et solenni. Et ne de his et nostra donatione apud posteros dubium oriatur, presentes inde Confici et sigilli nostri appensione mandavimus fideliter Communiri, Testibus presentibus ad hoc vocatis et rogatis nobilibus viris dominis Gunthero et Adolfo comitibus de Lindow, Mathia de Jagowen, Hermanno de Redern, Johanne de Quitzow, Wenero de Arneborch, Gunthero de Sandow, Hermanno Balch et Hinrico de Crochern atque Bartoldo de Buft nec non Alberto de Cleptzk militibus, Arnolde de Rossow, Henningo de Koningesmarck et Henningo de Jagow armigeris cum alijs fide dignis. Actum et datum Sehufen, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vigesimo septimo, feria quarta proxima post Dominicam Judica, per manum Hermanni de Luchow.

Aus Seidell's handschriftlicher Urkundenammlung 42, f. 60.

IV. Die Herzogin Anna verzeignet dem Bischofe Heinrich von Kioy einen Hof in Königsmark zwecks einer frommen Stiftung, am 14. Febr. 1328.

Anna, dei gratia Ducissa Wratislaviensis et Domina de Arneborch omnibus Christi fidelibus presenciam visuris salutem in domino dominorum. Quia venerabilis pater et Dominus Hinricus, Episcopus ecclesie Kyouienfis in nostro dotalicio sive territorio circa Arneborch in villa, que Königsmarke nuncupatur, curiam Frankonis de Nitzou, que a precaria, decima, censu^{ac}ac seruicio libera, est, rite et racionabiliter sua pro pecunia ab eodem comparauit cultus diuini in augmentum, Nos vero ejusdem cultus diuini esse participes cupientes, proprietatem sive libertatem, que ad nos dignoscitur pertinere, eidem aut quibus ipse dederit aut vendiderit, dimittimus bona cum voluntate, ita sane quod nec nos nec nostri advocati in curia sepe dicta aliquam exactionem vel precariam aut aliquod seruicium paruum seu magnum extorqueant, quoniam nihil juris ad eandem curiam nos habere profiteamur. Quinque jugera et duos mansos habet curia in agris et IV. Choros in auena. Datum anno domini M. CCC. XXVIII, die S. Valentini in Arneborch.

In Gercken's Fragm. I, 55. 56. mit der falschen Jahreszahl 1325.

V. Herzog Otto von Braunschweig bekundet, daß die Stadt Stendal an Graf Burchard von Mansfeld für die Städte Seehausen und Werben und die Mannschaft in der Wische 500 Mark Silber gezahlt habe, am 2. Dez. 1329.

Dei gratia Otto, Dux Brunsvicensis fidelibus et dilectis suis consulibus in Stendal gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus quod constitutus coram nobis et nostris fidelibus nobilis vir